



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Trudo Conf. 23. Novemb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

Ecce beatus Clemens homo erat similis nobis, & carni sua eodem vinculo naturali affectionis inherens; si ergo ille calicem salutaris accepit, quid nos retribuimus Domino pro omnibus, quæ retribuit nobis? eadem certè insignivit imagine, eadem sanguine nos redemit. S. Bern. serm. de Clem.

S. TRUDO CONF. 23. Novemb.

IN Hasbaniensi agro spinas inter, hoc est, divitias patrias, educatus flosculus TRUDO suffocari tamen minimè potuit, quin caput supra nubes puer tulit, eoque altius, quò profundius in se descendit. Itaque servulis suis inservire dominum TRUDONEM vidisses. Quam virtutem ut tegeret, vilissimos corpori vestiendo pannos injecit. Porrò omnia etiam quæ per ludum egit, egit seriò. Quare cum tumultuario opere & congestis temerè faxis facellum extruxisset, futuri operis sui hoc typum & votum voluit esse, quod reapse postea in proiectâ etate persolvit. Placuisse & operam & artificem puerum, cælum ostendit, cum mulieri improba ædificium ludicum disturbanti oculos eripuit: quos tamen, ubi primum facinus animo vidit & agnovit, reddidit Trudo. Egenis tamen favebat, ut suas cum illis uestes compunes haberet, &c. ut illos indueret.

736 VITÆ SANCTORUM. 24. Nov.  
ret, se his exueret. Talis Angelo bono  
adhortante patriam fugit, & cælesti dis-  
ciplinâ amplius erudiendus concessit  
ad Tungrensem Episcopum Remaclum.  
Profectum cælestes in vitâ radii, à morte  
odor & prodigia alia complura prodie-  
runt, ex quibus illud memorabile impi-  
mis est, quòd cognatum, qui contra vo-  
ta cælo facta in thalamum sponsam indu-  
xit, virgâ castigavit per somnum, clau-  
dumque reddidit adulterum Amorem  
patri suo deinceps Vulcano in hoc simi-  
lem. *Ex Surio.*

*Beatus qui puris cordis oculis Deum  
semper intuetur, qui que bonis ac honestis  
colloquiis delectatur, & à pravis ac turpi-  
bus, quæ bonos mores corrumpunt, abhor-  
ret; quoniam minimè fiet diaboli mani-  
pum. S. Ephrem de Vita spirit.*

S. FIRMINA V. & M. 24. Novembris.

**I**Terum ecce terra astris nubit: iterum  
dos sanguis virgo, & arrha cælum est:  
iterum Cælites sunt paronymphi. No-  
men si nosse sponsæ cupis, FIRMINA  
est, Calphurnii Urbi Præfeti filia, &  
digna tam magnâ fortunâ; quæ ut amo-  
ribus tam castis liberius vacaret, dese-  
ruit Urbem, & Ameriam habitavit. Sed  
ubique castitas insidias incurris; unati-  
bi tota vita lucta est. Invidet Christo  
sponsam suam homo Olympius, cui  
Ame-